

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dissertatio Philologico-Critica De Annis Achasiae
Jvdaeorum Regis, Ad concilianda Loca Scripturae 2. Reg.
VIII. 26. & 2. Chron. XXII.2.**

**Schröder, Johann Joachim
Böhme, Johann Christian**

Marburgi Cattorum, 1715

§. V.

[urn:nbn:de:bsz:31-130541](#)

fariam tentata, ea, qua poterit, diligentia ac circumspectione conciliare tentabimus: nulli dubitantes, pius ac modestum Lectorem, si forsitan in re ad eo ardua non ubique album mereamur calculum, facilem tamen nobis concessurum veniam, quum conspicerit, talem nos attulisse conciliandi modum, qui salva textus S. & auctoritate & integritate, non secessare nodum Gordium, sed soluisse aliqua saltem ratione diceretur: eo tantum fine, ut temerariis istis Neo-Criticis obviam eundo monstretur non statim *ἀλεψίας* erroris postulandos esse Θεοπνεύστας illos Viros, Spiritus S. Amanuenses, vel corruptos sive de industria, sive temporum injuria codices Hebraeos, sed constare sibi haec tenus Scripturam S. unicum fidei vitaeque nostrae canem. Faxit Deus, ut hi conatus nostri cedant ad sanctissimi sui Nominis gloriam, nostramque erga verbum Ipsius venerationem & in fide confirmationem!

§. V. Refert Sacer historiae Regiae Scriptor, Achasiam Judaeorum duos & viginti annos natum regnare coepisse, quod tamen regni ejus initium Annalium S. conditor (2. Chron. XXII. 2.) ad quadragesimum secundum aetatis ejusdem Regis annum omnino referre videtur.

Prioris verba haec sunt:

בְּנֵי עֲשָׂרִים וְשִׁתְּמַטְּשָׁה שָׁנָה אֶחָדוֹ בְּמִלְכֵו וְשָׁנָה אֶחָד
מֶלֶךְ נֹוֹשָׁלִים וְשָׁם אָמוֹן עַתְּלִיהוֹ בָּתְּתַּעֲמָרְמָלְקָה יְשָׁרָאֵל

Juxtaḡ 8.

Τιὸς ἐποστὶ καὶ δύο ἑταῖν Οχοζίας ἐν τῷ βασιλεύειν ἀυτὸν καὶ
ἐνιαυτὸν ἔνα ἐβασιλεύειν ἐν Ἱερουσαλήμ, καὶ ὄνομα τῆς μητρὸς ἀυτῷ Γοθολία Θυγάτηρ Ἀμβρι βασιλέως Ἰσραὴλ.

Quae Vulgatus ita reddit:

Viginti duorum annorum erat Ochozias cum regnare coepisset, & uno anno regnavit in Jerusalem: nomen matris ejus Athalia filia Amri regis Israel.

Posterioris vero haec:

בְּנֵי אַרְכָּעִים

בָּנָן אַרְבָּעִים וָשְׁתִּים שָׁנָה אֲחֹזְיָהוּ בֶּלְכֵו וָשָׁנָה אַחַתְּתֵל מֶלֶךְ
בָּרוּשָׁלָם וְשָׁמָן אַמְוּ עֲתַלְיוֹהוּ בֶת עַמְרִי.

Juxta 78's LXX. heic legitur:

"Ων ἐτῶν ἔτος Ὁχοζίας ἑβασίλευσε, καὶ ἐνεπένθη ἐν ἑβασίλευσεν εἰς Ἱερουσαλήμ, καὶ ὄνομα τῇ μητρὶ αὐτῷ Γοθολίᾳ θυγάτηρ Ἀμθρί. male εἴκοσι substituentes; melius Interpres

Vulgatus:

Quadraginta duorum annorum erat Ochozias cum regnare coepisset, & uno anno regnavit in Jerusalem, & nomen matris ejus Athalia filia Amri.

Textum in libro Regum pressius sequuntur paraphrases & versiones antiquiores omnes, Chaldaica, Syriaca, Arabica, Armena, &c. Sed in Chronicis quasi contradictionem evitaturae pro אַרְבָּעִים וָשְׁתִּים legunt Syriaca & Arabica pariter *viginti duo*, sola Graeca ἔτος *viginti*. Adeoque, cum in libro Regum *viginti duos*, in Chronicis vero quadraginta duos annos natus videatur asseri Achasia, mirum non est, quod vel ad difficultatem tollendam vel ad medelam loco adhibendam varii varia sive commenti sive commentati sint Interpretes & Critici, tam Judaei quam Christiani, uti e sequentibus patebit.

§. VI. Si consulamus κριτικάτατον Ludovicum Capellum, is, uti in Critica sua S. lib. VI Cap. VII. plurima Codicis S. loca ἀδιάλλακτα, ἅπορα, praecipiti nimis iudicio censet, quae vix alia ratione solvi aut conciliari possint, quam admittendo levem Scribae lapsum, ita l. c.
 §. VII. idem suo more pergit, scribens: 2. Chron. 22:2, Achasia dicitur natus annos 42. quum coepit regnare, atqui Joram Pater natus erat 32. annos cum regnare coepit, regnavitque annos 8. Ut constat ex 2. Reg. 8:26. obiit itaque annos natus 40. qui potuit ergo Achasia ejus filius esse natus annos 42. cum regnare coepit, sic enim fuisse patre suo senior. Omnino itaque legendum *annos natus*